



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

IX. De immunitate clericorum, & eorum rerum, ab impositionibus
saecularium dominorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

URBANVS SALTZBURGENSE. VVENCESLAVS IMP. 155
P.VI.

ANNO CHRISTI 1386.
nes admittantur , nisi * locis dicecesanis canonice
præsentati fuerint prius & admissi.
* f. loco-
rum

I X.

Cum ecclesiæ & ecclesiasticæ personæ , ac res ipsorum non solum iure ciuili , quinimo & canonicō & diuino, sæcularium personarum talliis , collectis & exactionibus sint immunes , nonnulli tamen ecclesiasticæ libertatis & immunitatis æmuli , huiusmodi libertatem offendere moluntur. Nos igitur ipsorum ausus , quantum possumus , reprimere cupientes , statutum domini Ioannis episcopi Tusculani , apostolicæ sedis legati , qui inuasores & occupatores & detentores ecclesiasticorum bonorum , vel dantes in his auxilium , consilium , vel fauorem , si postquam per ecclesiarum prælatos vel rectores requisiti fuerint , infra mensem non destiterint , vel de damnis datis non satisfecerint , extunc subiicit ecclesiastico interdicto , ad huiusmodi exæctores , collectores & tallicitores declaramus extendi , vt extendimus sanctionem præsentem , omnibus ecclesiarum prælatis & rectoribus , sub excommunicationis pœna , districte præcipientes , quatenus huiusmodi statuta inuiolabiliter obseruent , ac nihilo minus singulis annis ter in suis ecclesiis fideli populo studeant publicare.

X.

Multi in profundum malorum venientes , adeo ecclesiæ claves & ecclesiasticæ censuræ sententias vilipendendo contemnunt , quod tam incorrigibiles plerique talium facti in suæ damnatio-

Concil. Tom. 29.

V ij